



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniae, 1525

VD16 F 1240

VI Quintu[m] est insidiae satanicae, De quibus Paulus quu[m] alibi tu[m]  
apud Epheseos, nos monet inquiens.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**

Et. I. ad Corinth. 10. nostra conferens cū his quæ Iudæis con-  
tulerunt cunctos ita monet. Ne simus (inquit) concupiscētes  
rerū malarū, quemadmodū & illi cōcupierūt. Neq; simula-  
chorū cultores, sicuti quidā illoꝝ. Neq; stupris inquinemur  
sicut quidā illoꝝ stupris polluti sunt, & conciderunt uno die  
uigintitria millia; neq; tentemus Christū, sicut & quidā illorū  
tentauerunt & a serpentibus extincti sunt. Neq; murmuraue-  
ritis, sicut & quidā illoꝝ murmurauerunt & interempti sunt  
ab extinctore. Hæc aut omnia figuræ cōtulerunt illis. Scrip-  
ta uero sunt propter admonitionē nostri in quos termini æta-  
tū inciderunt. Proinde qui sibi uideē stare, uideat ne cadat. Ec-  
ce lector q̄ facile quisq; ruere possit in priora mala. Quocirca  
manifestū est opus esse pp̄o monitore quodā, q̄ ne prouat in  
omne genus uitioꝝ, suis eos adhortationibus assidue fulciat.

¶ Quartū est tarditas ad bene operandū. Quis nō perspi-  
cit bonā christianorū partē, ad bona opera plerūq; segnē esse,  
multoq; studiosius ea curare quæ corporis, q̄ quæ ad salutem  
animi pertineāt. Neq; solū nunc eiusmodi sumus, uerū etiam  
olim in ecclesiæ primordijs tales nō defuerunt. Alioqui non  
dixisset ad Hebræos Paulus. Manus remissas & genua soluta  
surrigite, Neq; apud Thessalonicenses, quosdā arguisset ocij  
Neq; iuniores uiduas apud Timotheū q̄ essent ociosæ repre-  
hendisset. Sed neq; Iohannes in Apocalypsi cuidā obieciisset, Apoca. 2  
q̄ reliquerit charitatē primā. Neq; tepido cuidā illic fuisse cō-  
minatus, q̄ ob tepiditatē suā ex ore dei mox euomendus esset  
O quot sunt his tēporibus in ecclesia tepidi? His inquā tēpo-  
ribus, de quibus Christus prædixit, q̄ quū abundaret iniqui-  
tas, refrigesceret charitas multoꝝ. Nunc igit̄ quisquis negat  
opus esse pastoribus & doctoribus ad excutiendam hanc po-  
puli segniciem, plane cæcus est.

¶ Quintū est insidiæ satanicæ, De quibus Paulus quū ali-  
bi. tū apud Epheseos, nos monet inquit. Induite totā arma-  
turā dei, ut possitis stare aduersus assaultus diaboli. Quoniā nō  
est nobis lucta aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus prin-  
cipatus, aduersus potestates, aduersus mūdi dños, rectores te-  
nebrarū sæculi huius, aduersus spūales astutias in cœlestibus.

## CONGRESSVS SECVNDVS

Petrus quoq; prima Petri quinto sic scribit. Aduersarius ue-  
 ster diabolus tanq̄ leo rugies obambulat quæres quẽ deuore-  
 Apoca. 12 Is (ut in Apocalypsi traditur) uniuersum orbem seducit. Sed  
 & seruator noster Christus in Euangelio Marci testat Sata-  
 nam obsistere, quo minus diuini uerbi semen in multorũ cor-  
 Marci. 4  
 Luca. 8 dibus radicem agat. Quum (inquit) audierint, confestim ue-  
 nit Satanas, & aufert sermonem qui seminatus est in cordibus  
 Luca. 22 eorũ. Et apud Lucam insuper ait Simon Petro. Ecce Satanas  
 expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Q; si communis hu-  
 mani generis aduersarius ita sanctis illis apostolis insidiatus fu-  
 isset, quid de reliquo populo sperandum est? Quis itaq; non  
 uidet pernecessariam esse uigilem pastorũ curam, quo popu-  
 lus excitetur, ut ab illius sibi caueat assultibus?

VII.

¶ Sextum est pestifera falsorum magistrorum dogmata.  
 Ab eiusmodi CHRISTVS nos cauere iubet, Matth. se-  
 xto. Cauete uobis (inquit) a pseudopphetis qui ueniunt ad  
 uos in uestitu ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. De  
 quibus & 14. Matthæ. dicit, q; seducunt multos. Ab illis, &  
 Romanos olim abductos Paulus ad rectam fidei normam re-  
 ducit. Corinthios item ab illis monet sibi cauendos esse. Ga-  
 lathas identidem coarguit, q; ab illis erant fascinati. Philippẽ  
 ses insuper & Collossenses atq; alios multis hortatur uerbis,  
 I. Tim. I. ut ab illis declinent, Apud Timotheũ affirmat, Hymenæũ  
 & Philætũ circa fidem aberrasse, quorundamq; subuertisse fi-  
 Acto. 22 dem. Sed & in actis, Ephesiorum episcopos excitat ad uigi-  
 landum aduersum illos. Attendite (inquit) uobis & cuncto gre-  
 gi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, ad regendum  
 ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego enim noui  
 hoc, q; ingressuri sint post decessum meum lupi graues in uos  
 non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis orientur uiri loquentes  
 Conclusio peruersa, ut abducant discipulos post se. Palam est igitur, ob  
 hæc sex incommoda, quæ iam diximus pastores & doctores  
 gregi CHRISTIANO quamdiu sumus hic a domino  
 peregrinaturi plurimum necessarios esse. Sed hætenus pro  
 axioma primo sit dictum.

SECVNDVN AXIOMA